

MISCELLEN

Coniectanea

I *Hanc vitum dicunt Latini, quam* $\text{F}\iota\text{v}\mu\text{v}$ *gens Aeoli: ita variari potest versus Terentiani Mauri 658. latinum vocabulum memini Iohannem Schmidt e tenebris revocasse in lucem a. 1874 (Kuhni ann. XXII p. 314), iam postquam Georges in novissima lexica et Goetz in glossarum thesaurum intulit, eruditos pernovoisse opinor. haec vitus, ab hac vitu, ab his vitibus praecipitur in arte Probi IV p. 116, 22 ss. et p. 193, 24 K., hic vitus ab hoc vitu vitibus facit, nam vitibus ab eo quod sunt vites in arte Palaemonis V p. 537, 27. praeterea $\epsilon\tau\epsilon\rho\kappa\lambda\iota\tau\omega\varsigma$ quomodo haec laurus et lauri et eiusdem generis nomina pleraque, sic haec vitus et viti efferebantur, nam Marius Victorinus VI p. 56, 17 secundum membranas quas Keilius adhibuit sed hoc loco sprexit, viere coniectare est inquit, unde vimen dictum virgulti species et viti in rotis particula haec est veriloquiorum ac doctrinae Varronianae quae plenior extat in Augustini principiis dialecticae (Wilmanns Varronis gram. p. 17). ubi inter alia haec loquimur, p. 149, 11 Wilm. quaerit ergo a me quispiam, quare via dicta est? respondeo: a flexu, quod flexum velut incurvum vietum veteres dixerunt, unde vietos etiam quae cantho ambiuntur rotarum ligna vocant; persequitur quaerere unde vietum flexum dicatur, et hic respondeo: a similitudine vitis eqs. rotarum orbis, τὰς ἴτους nemo potuit latine vietos vocare, male est in Augustini codicibus vietos vel victos, scribendum vitos. contra a viendo τῶν οἰσοπλόκους vocare sane potuit aliquis vietores, quemadmodum scripsisse Victorinus a Keilio fingitur, traditur a Wessnero Donatus Ter. eun. 688 (ibi vitores V manu prima, victores C), soliti tamen sunt recentiores non aliter ac vetustiores vitorem appellare, idque nomen gens Vitoria atque ex ea Marcellus patronus Quintiliani et Statii nobilitavit. ut arbitror, ubique restituendum vitores.*

II Hesychius ἰλαξ· ἡ πρῖνος, ὡς Ῥωμαῖοι, καὶ Μακεδόνας: ilicis igitur nomen commune erat latinae linguae et macedonicae. cuius adfinitatis alterum proferam exemplum. idem Hesychius κίβερροι· ὠχροί, Μακεδόνας. ubi β peccatum esse pro κ, quemadmodum librarii peccare solent, ordo glossarum ac litterarum consecutio demonstrat. de hoc κίβερροι OHoffmann Macedonum

dialectum commentatus p. 53 s. non pauca disputavit sed quae in summam nec mihi proficere viderentur neque aliis quorum in his rebus iudicium ego meo antepono. fugit eum, idque nonnumquam philologos fefellit, ὤχροὺς non modo generatim dici pallidos galbinosve sed etiam proprie a nativo colore speciem leguminis simillimam λαθύροις et πίσσις et ἐρεβίνθοις, de qua Theophrastus Dioscurides Galenus memorarunt. et fruges quidem melius ὤχροι scribuntur mutato accentu (cf. δολιχὸς ὁ μακρὸς, δόλιχος τὸ ὄσπριον), librarii autem notiones ita distinguere plurimi omiserunt velut in anapaestis Anaxandridi istis κύμων, λαθύρων, ὤχρων, δολίχων (com. III p. 189 Mein.). Hesychianum ergo hermeneuma nihil dubito sic vertere κίκερροι *cicer*: necessario consequitur id quod supra significavi, conicias vero legumen illud et vocabulum ut Germani a Romanis acceperunt, sic ad hos olim pervenisse e Macedonum et contiguarum gentium finibus.

III Cledonius artem Donati explanaturus satis tumidam ad Fidum epistulam praemisit, cuius clausula apud Keilium GL. V p. 9 sic expressa legitur: *de diversis veteribus aptos huic operi sumpsi tractatus, atque his mea quoque, ut potui et quae potui, pro bacchare copulavi ablatisque limitibus campo plano dispersi, ut inoffensibili cursu fructus sibi lector colligat maturatos usu. me tuis praeceptis adgressum circumspice, luxuriosos tonde sermones, doctiloqua serie corrigentis extende curta, candifica, ut ad tuum arbitrium cuncta videantur tractata relecta digesta. vale.* subnotata est autem codicis vetustate eminentis discrepantia haec '*maturatos* ut videtur' et deinceps '*agressa* ut videtur': scriptorem ergo nonne patet pro inconditis istis haec edidisse verba: *fructus sibi lector colligat maturatos. tu sume tuis praeceptis aggressa, circumspice* —? nam *agressa* posuit pro coeptis, quoniam *adgredior* inter verba communia i. tam passiva quam activa numerat p. 56, 25. paulo post *candifica* correxit FSchoell in dissertatione Bertshi Heidelbergensi a. 1889.

IV Exercemus artem emendandi, si possumus, obtinendae causa veritatis. sed utilior fit graviorque emendatio, siquid ea adquiritur quod augeat nostram hominum rerumque notitiam. fortasse accidit hoc in loco Suetonii de gram. 3 narrantis post Stilonem magis magisque floruisse grammaticam, scholas fuisse in urbe permultas, pretia grammaticorum mercedesque tantas, ut constet *Lutatium Daphnidem . . . septingentis milibus nummum a Q. Catulo emptum ac brevi manumissum, L. Apuleium ab Aeficio Calvino equite R. praedivite quadringenis annuis conductos multos edoceret. nam in provinciis quoque grammatica penetraverat ac nonnulli de notissimis doctoribus peregre docuerunt, maxime in Gallia togata.* Aeficius Calvinus idem videtur esse cum illo cuius filiam Athenienses publice honorarunt statua (Thesaurus l. lat. I p. 936). subsequentibus verbis ab *annuis* ad *nam* labes aliqua inlata est, quam amoliri multi conati sunt frustra (cf. Ihm mus. rhen. LXI p. 550) nec tamen maius viribus nostris id ausum puto. *conductum* ut liber aut traditum retinuit aut emendavit

Gudianus, *mutoscedo doceret* Ottobonianus et Vindobonensis: age distinguamus apte litteras, omittamus syllabam in his male iteratam, et exoritur sententia optima, Apuleium maxima mercede *conductum ut osce doceret* i. ut Oscorum doceret linguam litterasque, quae Sullano tempore ex usu publico exemptae interire coeperant et in oblivionem venire, cum tamen Romanis vel ad vitam cottidianam ac negotiationem essent necessariae. *latine, graece docere* Suetonius eique aequales citius ac brevius dicebant quam *latinis litteris, graeca lingua* sim. neque obscurius; Plinius minor hendecasyllabos suos gloriatur legi describi cantari a Graecis quoque *quos latine huius libelli amor docuit* (ep. VII 4, 9).
F. B.

Zu Thukydides

II 52, 4 καὶ πολλοὶ ἐς ἀναισχύντους θήκας ἐτράποντο σπάνει τῶν ἐπιτηδείων διὰ τὸ συχνοῦς ἤδη προτεθνάνα σφίσιν· ἐπὶ πυρᾶς γὰρ ἀλλοτρίας φθάσαντες τοὺς νήσαντας οἱ μὲν ἐπιθέντες τὸν ἑαυτῶν νεκρὸν ὑφήπτον, οἱ δὲ καομένου ἄλλου ἄνωθεν ἐπιβαλόντες ὃν φέροειν ἀπῆσαν. Die von mir hier für θήκη angenommene Bedeutung sepultura, die der Zusammenhang mit dem Folgenden verlangt, liegt ohne Zweifel auch vor an der von mir angeführten Stelle Plat. de rep. 427 b ἱερῶν τε ἰδρύσεις καὶ θυσίαι καὶ ἄλλαι θεῶν τε καὶ δαιμόνων καὶ ἡρώων θεραπείαι τελευτησάντων τε αὖ θῆκαι καὶ ὅσα τοῖς ἐκεῖ δεῖ ὑπηρετοῦντας ἴλεως αὐτοὺς ἔχειν; denn die θῆκαι stehen hier parallel mit ἱερῶν ἰδρύσεις, θυσίαι, θεραπείαι, wonüt offenbar Kultushandlungen gemeint sind, und werden durch das folgende ὑπηρετοῦντας deutlich als ὑπηρεσίαι gekennzeichnet. Dazu kommt die Analogie von συνθήκη, das als Nomen actionis 'Vereinbarung' bedeutet, dem θήκη = Beisetzung vollständig entspricht. Der Einwand, dass man eine so ungebührliche Art die Todten wegzuschaffen nicht als Bestattung bezeichnet haben würde, trafe allenfalls auf ταφή zu, aber nicht auf den mehr allgemeinen Sinn von θήκη, zu dem offenbar im Folgenden ἐπιθέντες und ἐπιβαλόντες in näherer Beziehung stehen. Gerade weil hier ταφή weniger angemessen schien, mochte Th. das ungewöhnlichere θήκη vorziehen, das auch mehr zu ἐπιθέντες und ἐπιβαλόντες passte.

III 39, 6 καὶ μὴ τοῖς μὲν ὀλίγοις ἢ αἰτία προστεθῆ, τὸν δὲ δημον ἀπολύσητε. πάντες γὰρ ἡμῖν γε ὁμοίως ἐπέθεντο, οἷς γ' ἔξῃν ὡς ἡμᾶς τραπομένους νῦν πάλιν ἐν τῇ πόλει εἶναι bedarf nicht der Verbesserung, sondern der richtigen Erklärung. Versteht man nämlich πάντες γὰρ (οἱ τοῦ δήμου) ἡμῖν γε ὁμοίως (τοῖς ὀλίγοις) ἐπέθεντο, so verläuft alles ganz regelmässig. Eine solche Beziehung eines Plurals auf einen kollektiven Singular ist im Griechischen und insbesondere bei Th. nichts Ungewöhnliches. Vgl. I 34, 1. III 72, 3. IV 57, 2. Uebrigens kann ἐν τῇ πόλει εἶναι weder heissen 'in der Stadt sein', da